 PHARM. *Oryzae* Semina, Spiritus.
 QVAL. farinosa, dulcis. *Culinaris, frequentissima.*
 VIS: nutriens.
 VSVS: cibarius. (Diarrhoea, Dysenteria.)

TRIGYNIA.

118. RVMEX *sanguineus* floribus hermaphroditis:
 valvulis integerrimis: unica granifera, foliis
 ovato-lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 476. *Mat. med.* 261.
 LOC. Virginia. *Biennis.*
 PHARM. *Lapathi sanguinei* Radix, Succus, Semina.
 QVAL. purpurea, austera.
 VIS: adstringens, refrigerans.
 VSVS: Dysenteria! Vlcus.
119. RVMEX *Britannica* floribus hermaphroditis,
 valvulis integerrimis: omnibus graniferis,
 foliis lanceolatis: vaginis obsoletis.
Linn. Sp. pl. 774. *Amoen. acad.* 4. p. 522. *Gr. virg.* 39. *ed. nov.* 55. *Cold. noveb.* 83.
 LOC. Novebor. — Virgin. *Biennis.*
 PHARM. *Britannicae* Radix.
 QVAL. styptica.
 VIS: adstringens.
 VSVS: Vlcera phagedaenica. Conf. *Colden flor.*

120. RV-

120. RVMEX *Acetosella*, floribus dioicis, foliis lanceolato hastatis. *Linn. Sp. pl.* 481. *Gr. virg.* 153. *ed. n.* 55.

LOC. Novanglia — Florida. *Biennis.*

PHARM. *Acetosellae* Radix, Herba.

QVAL. acido - austera.

VIS: refrigerans, subadstringens.

VSVS: Scorbutus.

Cancer - root, Sower - dock, quaedam Rumi-
cis Species appellatur, cuius Succus expres-
sus aceto mixtus contra Impetiginem (Ring-
worms) et Scabiem adhibetur.

MEDEOLA *virginiana*, foliis verticillatis, ra-
mis inermibus. *Linn. Sp. pl.* 483. *Gr. virg.*
39. *ed. n.* 55.

LOC. Nova Anglia — Virginia.

An haec vires Ipecacuanhae aemulatur? Con-
fer. *Linn. flor. lapp.* §. 155. γ. Quaerit Gro-
nov. loc. cit.

121. TRILLIVM *cernuum*, flore pedunculato cernuo. *Linn. Sp. pl.* 484.

Paris. *Cold. noveb.* 81. *Gr. virg. ed. n.* 56.

LOC. Noveboracum — Carolina; uda. *Biennis.*

QVAL. Indigenae hanc plantam noxiam esse et
venenatam, *Coldenio* indicarunt.

122. TRILLIVM *sessile*, flore sessili erecto.
Linn. Sp. pl. 484. *Gr. virg.* 44. *ed. nov.* 56.
Solanum. *Cat. car.* 1. t. 50.

LOC. Virginia — Carolina. *Biennis.*

Baccae rubrae atramentum praebent rubrum;
cum alumine colorem cyaneum. Sapor acidus.

Alisma cordifolia — Acris; Bobus venenosa?

HELONIAS *bullata*, foliis radicalibus lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 485. *Amoen. acad.* 4. p. 517.
— *Star-grass*.

LOC. Novae Cesareae — Marylandiae depressa.
Decoctum ex radice paratum, alvi tormina levare fertur.





CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.
MONOGYNIA.

123. AESCVLVVS *Pavia*, floribus octandris. *Linn. Sp. pl.* 489. *Mill. ic.* 198. *Gr. virg. ed. n.* 57.
— *Scarlet - horse - Chesnut*, — *Poyson - root*.
Dears - Eye. *Bucks - Eye*.
LOC. Virginia — Carolina. *Frutex*.
QUAL. Rad. saponaria, abstergens.
VSUS: Radix contusa, in aqua cocta, Saponis loco ad vestimenta lanea lavanda servit.

TRIGYNIA.

124. SAVRVRVS *cernuus*, foliis cordatis petiolatis, amentis solitariis recurvis. *Linn. Sp. pl.* 489. *Amoenit. acad.* 4. p. 514. *Gr. virg. 40. ed. nov.* 56. *Cold. noveb.* — *Lizards - tail*.
LOC. Noveboraci — Virginiae humida. *Biennis*.
PHARM. *Saururi* Radix, Folia.
QUAL. paregorica.
VIS: Radices molliunt, digerunt, maturant, discutunt. *Clayton*.
VSUS; Mammae exulceratae: Rad. Catapl. — Lumbago, et dolores pectoris, fol. infus.



CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

TROPÆEOLVM *majus* foliis peltatis sub-
 quinquelobis obtusis. *Linn. Sp. pl.* 490.
Mat. med. 269. — *Indian - Cress.*

LOC. Peru. *Annua, mansueta.*

PHARM. *Nasturtii indici* Herba, Flores.

QUAL. aquoso. acris, oleracea.

VIS: diuretica.

VSVS: Scorbutus, Scabies.

125. OENOTHERA *biennis*, foliis ovato lanceo-
 latis planis, caule muricato subvillosa. *Linn.*
Sp. pl. 492. *Gr. virg.* 254. *ed. n.* 58. *Kalm.*
it. 3. 509. — *Tree - Primrose. Herbe aux Anes.*

LOC. Canada — Virginia.

Vulneraria creditur. Radices juniores, in ci-
 bos et acetaria recipiuntur.

126. OENOTHERA *mollissima*, foliis lineari-
 lanceolatis undulatis. *Linn. Sp. pl.* 492. *Cold.*
noveb. 87. *Gr. virg.* 42. *ed. n.* 59.

LOC. Noveboraci — Virginiae et Carolinae?
 campi. *Annua.*

Folia vulneraria extrinsecus ad vulnera (et con-
 tusiones) creberrime usurpantur. *Clayton,*

AMYRIS *Elemifera?*

Frutex trifolius resinosus floribus tetrapetalis al-
 bis racemosis. *Catesb. car.* 2. p. 33. t. 33. f. 3.

127. VAC-

127. VACCINIVM *corymbosum*; floribus corymbosis ovatis, foliis oblongis acuminatis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 499.

VACCINIVM *frondosum*, racemis filiformibus foliosis, foliis oblongis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 499. *Gron. virg.* 155. *ed. nov.* 60. — *Whortle berries. Huckle - berries.*

LOC. Canada — Virginia. *Frutices.*

PHARM. *Vaccinii* Baccae.

QVAL. acidula.

VIS: subrefrigerans, subadstringens.

VSVS: Diarrhoea, Scorbutus. — Feminam quamdam hydropicam hisce baccis fortuito magna copia comestis, convaluisse, mihi Philadelphiae narratum fuit.

128. VACCINIVM *bispidulum* foliis integerimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus hispidis. *Linn. Sp. pl.* 501. *Gr. virg. ed. n.* 60. *Kalm. it.* 3. *p.* 37. — *Cranberries.*

LOC. Americae paludosa.

PHARM. *Oxycocci* Baccae.

QVAL. acida.

VIS: refrigerans.

VSVS: Febrium aestus.

DIGYNIA.

129. POLYGONVN *Bistorta* caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Linn. Sp. pl.* 516. *Mat. med.* 277.

LOC. Insulae longae prata humida. (An hospitans?) *Perennis.*

D 5

PHARM.

PHARM. *Bistortae* Radix.

QVAL. styptica, rubra.

VIS: adstringens.

VSVS: Dysenteria, Leucorrhoea, Stomacace, Profluvia.

130. POLYGONVM *Hydropiper*, floribus hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Linn. Sp. pl.* 517.

LOC. Noveboraci subhumida. *Annua.*

PHARM. *Persicariae* Herba.

QVAL. acris, urens, lutea.

VIS: incidens, corrodens, rubefaciens, stimulan, diuretica.

VSVS: Calculus! Odontalgia, Excoriatura oris.

131. POLYGONVM *Persicaria* floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. *Linn. Sp. pl.* 518. *Gr. virg.* 157. *ed. n.* 61. — *Asthamat. Anglice.*

LOC. Noveboraci — Virginiae Culta. *Annua.*

VSVS: Folia contrita ulcera et excoriaturas Equorum sanant; lintea (cum alumine) colore flavo tingit.

132. POLYGONVM *aviculare* floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Linn. Sp. pl.* 519. *Mat. med.* 279. *Gr. virg.* 44. *ed. n.* 61.

LOC. Novae Angliae — Virginiae culta, rudrata. *Annua.*

PHARM. *Centumnodiae* Herba.

QVAL. subinsipida, inodora. *Exoleta, superflua.*

VIS: subadstringens, vulneraria.

VSVS: Prolapsus.

133. PO-

133. POLYGONVM *Fagopyrum* foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus. *Linn. Sp. pl.* 522. *Mat. med.* 280. — *Buk-wheat*.

LOC.

Annua, cerealis.

PHARM. *Fagopyri* Semina.

QVAL. farinacea.

VIS: refrigerans, obstipans, nutriens.

VSVS: cibarius.

SAPINDVS *Saponaria*, foliis impari pinnatis, caule inermi. *Linn. Sp. pl.* 526. *Mat. med.* 281.

LOC. Insulae bahamenses; Carolina (hospitans?)

PHARM. *Saponariae* Nuculæ.

QVAL. spumescens; viscosa; subdulcis acri-amariuscula.

vis. saponacea.

vsvs. Chlorosis! Leucorrhoea.

Ad lotionem linteorum inservit; quæ tamen usu crebriori corrodit.



CLAS-



CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

134. LAVRVS *indica*, foliis venosis lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus racemosis. *Linn. Sp. pl.* 529. *Gr. virg.* 159. *ed. n.* 63. *Mill. Dict. nr.* 4.

LOC. Virginia, Carolina.

Arbor.

QVAL. Cort. acris, aromatica, Cinnamomo appropinquans. Folia masticata amaro-dulcia, mucilaginosa. Ramuli juniores et petioli, dulces, mucilaginosi.

LAVRVS *Persea*, foliis venosis ovatis coriaceis perennantibus, floribus corymbosis. *Linn. Sp. pl.* 529.—*Avogado Pear.*

Fructus (huius generis) maximus pyriformis viridis, pericarpio esculento butyraceo. Insulæ Bahamenses etc.

135. LAVRVS *Borbonia*, foliis venosis lanceolatis, calycibus fructus baccatis. *Linn. Sp. pl.* 529. *Gron. virg.* 46. *ed. nov.* 63. *Catesb. Carol.* 1. p. 63. t. 36. *Mill. dict. n.* 5. —*Red - Laurel. Redbay.* *)

LOC. Virginia — Carolina, Georgia.

QVAL. Folia aromatica.

VSVS: Ligni: mechanicus.

135. LAV-

*) Hanc Laurum carolinensem *Catesb.* a *Borbonia Plum.* separandam esse iudicat *Trew* in *Nov. Act. A. N. C.* 2. *app. p.* 349.

136. LAVRVS *æstivalis* foliis venosis oblongis acuminatis annuis, ramis supraaxillaribus. *Linn. Sp. pl.* 529. *Gr. virg.* 159. *ed. n.* 63. *Cold. noveb.* 95. *Mill. dict. n.* 8. Cornus foliis salicis etc. *Catesb. Car.* 2. *p.* 28. *t.* 28?—*Allspice. Spice-berry.*

LOC. Noveboracum — Florida, ad ripas rivulorum. *Frutex.*

PHARM. *Lauri æstivalis* Cortex, Baccæ, Oleum expressum.

QVAL. Ligni et foliorum sapor aromaticus debilior; fructuum fortior, sed minus gratus; oleoso - resinosus.

VIS:

VSVS: Febres intermittentes, (Decoct. foliorum) Rheumatismus, (oleum, externe). Oleum baccarum ad dolores colicos sedandos insigne. *Clayt.*

137. LAVRVS *Sassafras* foliis trilobis integrisque. *Linn. Sp. pl.* 530. *Mat. med.* 288. *Gr. virg. ed. n.* 62. *Cold. noveb.* 94. *Kalm. it.* 2. *p.* 270, 434. Cornus Mas odorata. *Catesb. Car.* 1. *f.* 55.

LOC. Nova - Anglia — Florida. *Arbor.*

PHARM. *Sassafras* Lignum, Cortex, Essentia, Aqua, Spiritus, Oleum.

QVAL. subdulcis, subacris, aromatica, fragrans, folior. mucilaginosi. *Trita, præstans.*

VIS: diaphoretica, sudorifera, pellens, corroborans, emmenagoga, flor. resolvens, purificans, — vulneraria, glutinans, sistens, folia masticata.

VSVS:

vsvs: Syphilis, Cachexia, Hydrops, Scabies,
Flatulentia, Catarrhus, Rheumatismus, Ar-
thritis, Scorbutus, Ulcera.

ANACARDIUM *occidentale*. Linn. *Sp. pl.*
548. *Mat. med.* 290.

Pomifera indica, nuce reniformi. *Catesb. Car.* 3.
p. 9. *f.* 9.—*Acajou*.

LOC. Insulæ Bahamenses etc. *Arbor.*

PHARM. *Anacardii occidentalis* Nux. (Testæ mel-
ligo.)

QVAL. melliginis exurens, nigra. *Exoleta.*

VIS: excorians, tinctoria.

vsvs. Maculæ, Scabies, Impetigo.





CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

138. *SOPHORA tinctoria*, foliis ternatis subsessilibus; foliolis obovatis glabris. *Linn. Sp. pl.* 535. *Cold. Noveb.* 165. *Gron. virg.* 82. *ed. n.* 64. — *Wild Indigo.*

LOC. Nova - Anglia — Virginia. *Perennis.*

Radicem decoctam contusam, Indigenæ vulneribus sclopetariis applicant, et inflammationem inde moderari testantur. Tentarunt ex hac planta Smegma Indigo dictum conficere, verum successus minime respondebat. *Clayt.*

CERCIS canadensis, foliis cordatis pubescentibus. *Linn. Sp. pl.* 535. *Gr. virg.* 47. *ed. n.* 64. — *Salladtree.*

LOC. Nova - Anglia — Virginia. *Arbor.*

Flores, licet nullo fere sapore præditi, inter acetaria recipiuntur.

139. *CASSIA ligustrina*, foliis septemjugis lanceolatis: extimis minoribus, glandula baseos petiolorum. *Linn. Spec. pl.* 541. *Gr. virg.* 47. *ed. nov.* 65. — *Wild Senna.*

LOC. Virginia — Bahama. *Frutex.*

Flower fence. Folia vi purgatrice cum Sennæ Alexandrinæ foliis conveniunt. *Clayt.*

Idem valet de *Cassia marylandica* et *Chamæcrista.*

CAS-

CASSIA *biflora*. Linn. *Sp. pl.* 540. — *Pockeroot*.

LOC. Bahama.

Radix antisyphilitica.

140. CAESALPINIA *brasiliensis* caule foliisque inermibus. Linn. *Sp. pl.* 544. *Mat. med.* 299.

Pseudo Santalum croceum. *Catesb. car.* 2. t. 51.

LOC. Bahamae, Carolinae? Colles. *Arbor.*

PHARM. *Brasiliense* luteum Lignum.

QVAL. flava. *Exoleta.*

VIS: tinctoria.

VSVS: oeconomicus.

GVAIACVM *officinale* foliolis bijugis obtusis. Linn. *Sp. pl.* 546. *Mat. med.* 303.

LOC. Bahama. *Arbor.*

PHARM. *Ligni Sancti* (*Guaiaci*) Cortex, Spiritus, Oleum, Resina, Extractum.

QVAL. sicca, amaricans, acriuscula.

Trita, praestans.

VIS: aperiens, purificans, pellens, visceralis; Extr. sternutatoria.

VSVS: Syphilis, Leucorrhoea, Arthritis, Scabies.

HAEMATOTOXYLVM *Campechianum*. Linn. *Sp. pl.* 549. *Mat. med.* 307. *Catesb. Car.* 2. p. 66. t. 66.

LOC. Bahama. *Arbor.*

PHARM. *Campescanum* Lignum; Extractum.

QVAL. styptica. *Eximia.*

VIS: adstringens, tinctoria.

VSVS: Dysenteria!

141. SWIE-

141. SWIETENIA *Mahagoni*. Linn. *Sp. pl.* 548.
Mat. med. 308.

Arbor foliis pinnatis, fructu anguloso, semine
alato. *Cat. Carol.* 2. *p.* 81, *t.* 81.

LOC. Loc. Florida australior; Bahama. *Arbor.*

PHARM. *Mahagony* Lignum.

QVAL. color brunneo - fuscus.

VIS: mechanica.

VSVS: oeconomicus. — Cort. Hemicrania.

142. MELIA *Azedarach*, foliis bipinnatis. Linn.
Sp. pl. 550. — *Bead - tree*.

LOC. Virginia — Carolina. *Arbor, cicur.*

PHARM. *Azedarach* Radix, Folia, Fructus.

QVAL. amara, ingrata.

VIS: purgans, Rad.

VSVS: In Malabaria decoctum foliorum ad mor-
bos pestilenciales et malignos praestare credi-
tur; cataplasmatibus forma ad morsuram ani-
mal. venenatorum. Parenchyma fructuum cum
butyro exhibitum canibus letiferum. Fructus
ab avibus non tanguntur. — Fructus con-
tus et coctus preloque submissus oleum
dat, consistentia sevi, quo pro candelis
fundendis utuntur Iaponenses. *Thunberg.*

MONOTROPO *Hypopitis*, floribus latera-
libus octandris, terminali decandro. Linn.
Sp. pl. 555.

LOC. Canadae sylvae. *Parasitica radicum.*

Plantam siccam ruricolae Sueci bobus et ovi-
bus contra Tussim exhibent.

KALMIA *latifolia*, foliis ovatis, corymbis terminalibus. *Linn. Sp. pl.* 560. *Gr. virg.* 160. *ed. n.* 65. *Kalm. it.* 2. *p.* 43. *et* 3. *p.* 148.

KALMIA *angustifolia*, foliis lanceolatis, corymbis lateralibus. *Linn. Sp. pl.* 561. *Gr. virg.* 21. *ed. n.* 65. *Kalm. it.* 3. *p.* 147. — *Common Laurel. Ivy.*

LOC. Noveboracum — Carolina. *Frutex.*

Utraque Ovibus maxime noxia censetur. *Clayt. Colden.* A capris impune editur.

143. LEDUM *palustre*, foliis linearibus, subtus hirsutis. *Linn. Sp. pl.* 561. *Mat. med.* 311.

LOC. Nova Scotia. *Frutex.*

PHARM. *Rosmarini sylvestris* Herba.

QVAL. amaricans, nidorosa. *Heroica.*

VIS: narcotica, phantastica, cephalalgica, exanthematica, phthiriaca.

VSVS. Tussis ferina! Febres exanthematicae? Lepa, Scabies, Infecta.

RHODODENDRON *maximum*, foliis nitidis ovalibus obtusis venosis, margine acuto reflexo, pedunculis-unifloris. *Linn. Sp. pl.* 563. *Kalmia Mill. Dict. t.* 229. *Chamerhododendron. Catseb. Car.* 2. *p.* 17. *t.* 17.

LOC. Novae - Caesareae — Carolinae rupestria humida. *Frutex.*

Petioli viscosi. Odor caulis, foliorum, capsularum fortis, teter, cimices referens, vires med. promittit.

ANDROMEDA *mariana*, pedunculis aggregatis, corollis cylindris, foliis alternis ovatis

tis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 564. *Gr. virg.* 49. *ed. nov.* 66.

LOC. Insulae longae campi—Virginia. *Frutex*.
Ovibus perniciosa habetur. — Huius, vel *Kalmiarum* folia, forte *Daphnes Mezerei* vel *Laureolae* foliis qual. analoga?

144. ANDROMEDA *arborea*, racemis secundis nudis, corollis rotundo ovatis. *Linn. Sp. pl.* 565. *Gron. virg.* 48. *ed. nov.* 67. — *Sorrel - tree*.

Frutex fol. oblongis. *Cat. car.* 1. p. 71. t. 71.

LOC. Noveboracum — Carolina. *Frutex*.

Foliorum decoctum aestum febrilem mitigat, sitimque sedat. *Clayt.*

145. GUALTHERIA *procumbens*. *Linn. Sp. pl.* 565. *Cold. noveb.* 98. — *Mountain - Tea*, *Ground - Ivy*.

LOC. Canadae - Noveboraci sterilia arenosa.

Frutex.

PHARM. *Gualtheriae* Folia.

QUAL. Fol. amaro - aromatica; Fr. sapore et odore dulci, grato.

VIS:

VSVS: Foliorum infusum theiforme.

146. ARBUTUS *Vva Vrsi*, caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Linn. Sp. pl.* 566. *Mat. med.* 312. *Cold. noveb.* 104. — *Bearberry*. *Sagack - homi* Indigenis.

LOC. Canada - Noveboracum. *Frutex*.

PHASM. *Vvae Vrsi* Folia.

QUAL. styptica, inodora, tinctoria.

Rarior, praestans.

vis: adstringens, coriaria, obstipans, diuretica.

vsvs: Calculus! pulv. fol. 3β.

Indigenae folia Tabaco admiscent.

Syrupus gratus, ex Baccis contusis, aqua calida infusis, colatis, inspissatis etc. *Acad.*

Acad. Suecic. Vol. 34. p. 275.

147. PYROLA *rotundifolia*, staminibus adscendentibus, pistillo declinato. *Linn. Sp. pl.* 567.

Mat. med. 313. *Cold. noveb.* 99.

LOC. Canadae-- Virginiae sylvae. *Perennis.*

PHARM. *Pyrolae rotundifoliae* Herba.

QVAL. substyptica, inodora. *Rarior.*

vis: corroborans, adstringens.

vsvs: Vulnus.

148. PYROLA *umbellata*, pedunculis subumbellatis. *Linn. Sp. pl.* 567.

LOC. America septentr. sylvae. *Fruticulus.*

PHARM. *Pyrollae umbellatae* Herba.

QVAL. styptica.

vis: corroborans, adstringens.

vsvs: Ischias.

149. PYROLA *maculata* pedunculis bifloris. *Linn. Sp. pl.* 567. *Gr. virg.* 48. *ed. nov.* 63.

LOC. Americae septentr. sylvae. *Suffruticosa.*

Infusum foliorum, ante annos aliquot, sub nomine *Pipsisseva*, frequentissime ad Febres intermittentes exhibebatur in Pensylvania.

150. PYROLA *uniflora*, scapo unifloro. *Linn. Sp. pl.* 568. *Mat. med.* 315.

LOC. Americae borealis sylvae. *Perennis.*

PHARM. *Pyrolae uniflorae* Herba.

QVAL.

QVAL. styptica.
 VIS: adstringens.
 VSVS: Ophthalmia.

Styracem officinalem, in hortis Carolinianis hospitari, mihi narratum est.

DIGYNIA.

151. CHRYSOSPLENIVM *oppositifolium*. L.
Sp. pl. 569.

LOC. Canadae --- Noveboraci loca umbrosa humida. *Annua.*

PHARM. *Chrysosplenii oppositifolii* (et alternifolii)
 Herba.

QVAL. succulenta, acris, substyptica.
 VIS: aperiens, leniter roborans.
 VSVS: Tussis, Asthma, Infarctus abdominales.

152. SAPONARIA *officinalis*, calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Linn. Sp. pl.* 584. *Mat. med.* 320. *Gr. virg.* 160. *ed. n.* 68.

LOC. Virginia. *Perennis.*

PHARM. *Saponariae* Radix, Herba, Semina.

QVAL. amara, trita spumescens. *Exoleta.*
 VIS: pellens, sudorifera, diuretica, emmenagoga, anthelminthica.

VSVS: Cachexia, Leucorrhoea, Icterus, Ascari-
 rides.

DIANTHVS *Caryophyllus*, floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis. *Linn. Sp. pl.* 587.

LOC. Hospitans in hortis. *Perennis, cicur.*

PHARM. *Tunicae* Flores, (Corolla) Conserva,
Syrupus, Aqua, Acetum.

QVAL. fragrans. *Trita, praestans.*

VIS: cordialis, sudorifera, alexiteria.

VSVS: Contagium, Exanthemata, Febres.

COMP. Spir. Embryon. — Potiones cordiales.

PENTAGYNIA.

153. OXALIS *violacea*, scapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis, calycibus apice callosis. *Linn. Sp. pl.* 624. *Gr. virg.* 161. ed. n. 72.

LOC. Canada — Florida.

OXALIS *stricta*, caule ramoso erecto, pedunculis umbelliferis. *Linn. Sp. pl.* 624. *Gr. virg.* 161. ed. n. 71.

LOC. Nova - Anglia — Virginia.

PHARM. *Acetosellae* Herba, Conserva, Syrupus, Sal Essentiale.

QVAL. acida.

VIS: refrigerans, attenuans.

VSVS: Febres putridae, phlogisticae.

COMP. Iulep. antifebr. Acetum.

SVRIANA *maritima*. *Linn. Sp. pl.* 624. —
Bay - Cedar.

LOC. Bahama.

Cortex mucilaginosus ad Fissuras labiorum sanandas applicatur.

DE-

DECAGYNIA.

154. PHYTOLACCA *decandra*, floribus decandris decagynis. *Linn. Sp. pl.* 631. *Amoen. acad.* 4. pag. 523. *Gr. virg.* 161. ed. n. 72. *Cold. noveb.* 251.—*Pokeweed. Cancer-root.*

LOC. Nova-Anglia—Georgia. *Perennis.*

PHARM. *Phytolaccae* Herba recens, Succus, Radix, Baccae.

LOC. tenellae aquosa, oleracea; adultae acris.

VIS. corrodens; anodyna, drastica. Succus fol. adult. expressi *Cochl.* 1 - 2. *Eximia, rarior.*

VSVS: Carcinoma! tinctorius. Rad. et Baccae.

Poke vulgo, cuius succus sole inspissatus in ulceribus sinuosis callosis egregia praestat, ac repetitis experimentis cancos genuinos curavit. *Colden.*

Radicis Extr. in ulceribus mali moris, labiorum et mammarum, cancro similibus; externe et interne. Rodendo agit.





CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

155. ASARVM *canadense* foliis reniformibus mucronatis. *Linn. Sp. pl.* 633. *Gr. virg.* 52. *ed. nov.* 72. *Cold. noveb.* 110. *Mill. dict. n.* 2. *t.* 53. *f.* 2.

LOC. Canadae — Virginiae nemora. *Biennis.*

ASRVM *virginicum* foliis cordatis abtusis glabris petiolatis. *Linn. Sp. pl.* 633. *Gr. virg.* 162 *ed. nov.* 72. *Mill. dict. n.* 3. — *Wild Ginger. Coltsfoot.* (falso)

LOC. Terra Mariana — Carolina. *Biennis.*

PHARM. *Asari Radix.* ʒj. Extract ʒj. fol. no. vj. QVAL. amaro-acris, nauseosa, aromatica, calida, non ingrata. Semina acria, calida.

Trita, heroica.

VIS: vomitoria! purgans! diuretica, diaphoretica, emmenagoga, errhina.

VSVS: Melancholia, Coryza.

Zingiberis sylvestris nomen huic radici haud inapte convenit, zingiberis enim sapore, licet debiliore, radix recens praedita est. — Infusum vinosum vel spirituosum in relaxatione cachectica, post febres intermittentes utile; vel folia nr. iv—xii cum frustulo Cinnamomi per noctem unam digesta. Sed virtutes radice in variis regionibus, non semper aequales. Aceto infusa radix, vim emeticam perdit.

Asa-

Asarum virginicum olim pro Serpentar. virginica in Anglia vendebatur. Carolinianis *Heart-Snake Root* audit; ad Cardialgiam praecipue laudatur; ceterum viribus cum canadensi conveniens. Huius radicem cum axungia porcina in unguentum digestam ad gangraenam adhibent Indigenae. Folia in axungia porcina leniter cocta in ambustis egregii usus. *Clayt.*

Asari canadensis radices suaveolentes in petio vino fermentanti immersae, liquorem gratiorem reddunt. *Cornut.*

156. WINTERANIA *Canella*. *Linn. Sp. pl.* 636. *Mat. med.* 327.

Arbor baccifera laurifolia aromatica. *Catesb. Carol.* 2. p. 50. t. 50.

LOC. Carolina? — Bahama.

PHARM. *Canellae albae* Cortex.

QUAL. acris, pungens, subamara, aromatica, fragrans. *Rarior, praestans.*

VIS: calefaciens, pellens, carminativa.

VSVS: Catarrhus, Haemorrhagia! Paralysis linguae.

157. PORTULACA *oleracea* foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. *Linn. Sp. pl.* 638. *Mat. med.* 328. *Gr. virg.* 59. ed. n. 73. *Cold. noveb.* 128. *Mill. dict.* 1.

LOC. Noveboracum — Virginia. *Annua.*

PHARM. *Portulacae* Herba, Conserva, Syrupus, Aqua.

QUAL. aquosa. *Culinaris, superflua.*

VIS: diluens, humectans, refrigerans, corroborans, lac coagulans.

VSVS: Nausea, Scorbutus, Stranguria, Calculus.

DIGYNIA.

158. AGRIMONIA *Eupatoria*, foliis caulinis pinnatis impari-petiolatis, fructibus hispidis. *Linn. Sp. pl.* 643. *Mat. med.* 330. *Amoen. acad.* 4. p. 533. *Gr. virg.* 53. ed. n. 74.
 LOC. Noveboraci — Virginiae prata. *Perennis*.
 PHARM. *Agrimoniae* Herba, Aqua.
 QVAL. styptica.
 VIS: adstringens, roborans, pellens, diuretica, vulneraria.
 VSVS: Febres calidae. Rd. infus.

TRIGYNIA.

159. EVPHROBIA *maculata*, dichotoma, foliis serratis oblongis pilosis, floribus axillaribus solitariis, ramis patulis. *Linn. Sp. pl.* 652.
 LOC. Novae Anglia — Carolinae, arenosa. *Annua*.
 QVAL. lactescens, acris.
 VSVS: ad Clavos et Verrucas a nonnullis adhibetur.
160. EVPHORBIA *Ipecacuanhae*, dichotoma, foliis integerrimis lanceolatis, pedunculis axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto. *Linn. Sp. pl.* 653. *Amoenit. acad.* 3 p. 117. *Gr. virg.* 58. ed. n. 75.
 LOC. Canada, Virginia.
Ipecacuanha. A nonnullis, praecipue incolis Borealibus temere ad vomitum ciendum interne usurpatur. *Clayt*.

161. EVPHORBIA *portulacoides*, dichotoma, foliis integerrimis ovalibus retusis, pedunculis axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 653. *Amoen. acad.* 3. p. 117. *descr.* — *Purge-root* Terrae Marianae Incolis.

LOC. Noveboracum — Marylandiae ficca.

VIS: purgans. Radicis recentis 3j et ultra comedunt.





CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

162. CACTVS *Opuntia* articulato-prolifer latus, articulis ovatis, spinis setaceis. *Linn. Sp. pl.* 669. *Gr. virg.* 54. *ed. nov.* 75.—*Priklypear.*

LOC. Noveboracum — Carolina. *Perennis.*

PHARM. *Opuntia.*

QVAL. fucculenta. Lotium rubrum, ab efu fructuum.

VIS: emolliens, antiphlogistica, maturans.

VSVS: Articuli fissi, leniter tosti ad Ulcera chronica. Arthritis inflammatoria, Rheumatismus.

Psidium pyrifera. *Linn. Sp. pl.* 672.—*Guava.*

LOC. Bahama. Fructus dulcis.—Folia ad fissuras labiorum et mammarum applicantur.

MYRTVS *communis* floribus solitariis, involucri diphylo. *Linn Sp. pl.* 673. *Mat. med.* 235.

LOC. Virginia. (hospitans.) *Arbor.*

PHARM. *Myrti* Folia, Baccae, Oleum.

QVAL. substyptica, aromatica, fragrans. *Rarior.*

VIS: calefaciens, corroborans, adstringens.

VSVS: Profluvia.

PVNICA *Granatum* foliis lanceolatis, caule arboreo. *Linn. Sp. pl.* 676. *Mat. med.* 338.

LOC. Carolina — Florida. *Arbor, mansueta.*

PHARM.

PHARM. *Balaustiorum* Flores.

Malicorium.

Granatorum Semina, Syrupus.

QVAL. styptica, rubra. *Trita, praestans.*

VIS: adstringens, laxans, anodyna fl.; pellens, diuretica, anthelminthica.

VSVS: Cephalalgia, Prolapsus.

COMP. Troch. Carabe, Pulv. dysentericus, Gargarismata.

163. AMYGDALVS *Persica*, foliorum serraturis omnibus acutis, floribus fessilibus solitariis. *Linn. Sp. pl.* 678. *Mat. med.* 338.

LOC. Canada — Florida. — (Indigena nonnullis creditur.) *Arbor, frequens.*

PHARM. *Persicae* Flores, Syrupus, Nuclei, Aqua.

QVAL. amara.

VIS: anodyna, carminativa, pellens, diuretica, anthelminthica.

VSVS: Vermes, Colica, Ebrietas, Calculus, Tympanitis.

Amygdalus communis—rarior—in hortis aliquibus.

164. PRVNVS *virginiana* floribus racemosis, foliis deciduis basi antice glandulosis. *Linn. Sp. pl.* 677.

Cerasus sylvestris. *Gron. virg.* 54. *ed. n.* 75.

Cold. noveb. Cat. Carol. 1. t. 28. *pag.* 28?—

Wild Cherry, Black Cherry.

LOC. Novanglia—Georgia. *Arbor, frequens.*

PHARM. *Cerasi sylvestris* Fructus, Nuclei, Folia, Gummi.

QVAL amara, acida. Sem. oleosa.

VIS:

vis: Folia viridia, venenata, bobus saltem, dicuntur; sicca non ita.

vsvs: fruct. diaeteticus; infusum spirituosum; Emulsio. Sem. decortic.

165. PRVNVS *Cerasus* umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Linn. Sp. pl.* 679. *Mat. med.* 342.

LOC. Americae horti. *Arbor, frequens.*

PHARM. *Cerasorum rubrorum* Fructus, Rob, Conditia, Nuclei, Gummi.

QVAL. aquosa, acidiuscula, sapida.

Culinaris, usitata.

vis: refrigerans.

vsvs: Febres.

166. PRVNVS *sylvestris*, fructu rubido, acidodulci?

Prunus sylvestr. humilior, fructu rubro praecociori et minori, radice reptatrice. *Gr. virg. ed. n.* 76. — *Indian Plumbs. Cherokee-plumbs. Swamp-plumb-tree.*

LOC. Noveboraci — Georgiae, arenosa, ficca et humida. —

Ligni Cineres Indigenae cum Axungia Ursi in Unguentum redigunt, eoque Hydropicos illi niunt.

Prunus domestica—rarior adhuc in America.

DIGYNIA.

167. CRATAEGVS *coccinea* foliis ovatis repando-angulatis serratis glabris. *Linn. Sp. pl.* 682. *Gr. virg.* 54. *ed. n.* 76. *Cold. noveb. Mill. dict. t.* 179 — *Cock-Spur Hawthorn.*

CRA-

CRATAEGVS *Crus Galli*, foliis lanceolato-
ovatis glabris ramis spinosis. *Linn. Sp. pl.*
682. Fructu majore *Gr. virg. ed. nov.* 76.
Mill. dict. t. 178. *f.* 2. *Kalm. it.* 1. *p.* 244.

LOC. Novanglia — Carolina. Georgia.

PHARM. *Crataegi* Baccae. (rubrae.)

QVAL. farinosa, succoso-subfatua; regionibus
australioribus dulcescens.

VIS :

VSVS :

CRATAEGVS *tomentosa*, foliis cuneiformi-
ovatis serratis subangulatis, subtus villosis,
ramis spinosis. *Linn. Sp. pl.* 682. *Gr. virg.* 55.
ed. n. 76.

LOC. praecedentis.

Currants. Pomis parvis rubentibus dulcibus.
Syrupus ex Baccis contusis, Saccharo coctis.

SESVVIVM *Portulacastrum.* *Linn. Sp. pl.*
684. — *Sea-pursley.*

LOC. Floridae australioris, Bahamae maritima.
Annua.

Succulenta. In India Orientali inter obsonia et
acetaria recipitur.

PENTAGYNIA.

168. PYRVS *Malus* foliis serratis, umbellis ses-
silibus. *Linn. Sp. pl.* 686. *Mat. med.* 349.

LOC. Americae Pomaria. *Arbor, frequens.*

PHARM. *Pomorum* Succus liquidus.

QVAL. acidula, esculenta, liquida.

VIS : refrigerans, tonica, subeccoprotica.

VSVS: Febres.

169. PY-

169. PYRVS *Cydonia* foliis integerrimis, floribus solitariis. *Linn. Sp. pl.* 687. *Mat. med.* 350.
 LOC. Americae Pomaria. *Arbor, frequens.*
 PHARM. *Cydoniae* Fructus, Conditæ, Rob, Syrupus, Succus, Mica, Panis, Cortex, Semina, Oleum.
 QVAL. acido-styptica. Sem. mucilaginosæ.
Trita, præstans.
 VIS: adstringens, refrigerans. Sem. inviscans.
 VSVS: Nausea, Vomitus, Colica, Cholera, Diarrhoea, Abortus.
 COMP. Aqua Cinnamomi cydoniata.

170. SPIRAEA *trifoliata* foliis ternatis serratis subaequalibus, floribus subpaniculatis. *Linn. Sp. pl.* 702. *Amoen. acad.* 4. p 523. *Gr. virg. ed. n.* 77. *Cold. noveb.* 117. *Mill. dict. n.* 7.—
Ipecacuanha, Indian physic. Beaumont-root.
 LOC. Canada—Virginia. *Frutex.*
 PHARM. *Spiraeae trifoliatae* Radix.
 QVAL.
 VIS: Emetica purgans. dos. ʒij - ʒj. aequè tuto operantur ac unquam Ipecacuanha.
 VSVS:

POLYGYNIA.

171. ROSA *Carolina* germinibus globosis hispidis, pedunculis subhispidis, caule aculeis stipularibus, petiolis aculeatis. *Linn. Sp. pl.* 703.
Rosa canina sylvestris inodora. Gr. virg. ed. n.
78? 77? Cold. noveb.
 LOC. Novae-Angliae—Carolinae paludosa.
Frutex.
 PHARM.

PHARM. *Rosae Carolinae* Fructus — Flores. —
Bedeguar fung.

QVAL.

VIS: subadstringens, roborans.

172. *ROSA Canina* germinibus ovatis pedunculisque glabris, csule petiolisque aculeatis.
Linn. Sp. pl. 704. *Mat. med.* 355.

Rosa sylvestris folis odoratis, Sweet Briar. *Gr. virg. ed. n.* 78.

LOC. Novae-Angliae — Virginiae, sicca, sylvatica. *Frutex.*

PHARM. *Rosae sylvestris*, Flores, ▽, pallidorum Conserva.

Cynosbati Fructus, Semina.

Bedeguar Fungus (nidus insecti).

QVAL. fragrans, pallida, spirituosa.

Trita, praestans.

VIS: eccoprotica. *Bedeguar* adstringens.

VSVS: Soda, Cynosb.

COMP. Syrupus rosarum solutivus. ̄j. Mel rosarum.

173. *RVBVS fruticosus* foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. *Linn. Sp. pl.* 707. *Gr. virg.* 163. *ed. n.* 78.—*Blackberry.*

LOC. Nova-Anglia — Virginia. *Frutex.*

RVBVS occidentalis foliis ternatis subtus tomentosis, caule aculeato, petiolis teretibus.
Linn. Sp. pl. 707. *Kalm. it.* 2. p. 283.

LOC. Canada — Pensylvania. *Frutex.*

PHARM. *Rubi* (Fructuum) Syrupus, ▽, Acetum, ̄. —

Schoepfia *Mat. med.*

F

QVAL.

QVAL. acidula, grata. Rad. adstringens.
Trita, praestans.

vis: refrigerans, analeptica.

vsvs: Sitis, Febrium aestus. Rubi occid. Radix, una cum Lobelia decoquitur, et in Lue venerea exhibetur.

174. R V B V S *arcticus*, foliis ternatis, caule inermi unifloro. *Linn. Sp. pl.* 708. *Mat. med.* 358.

LOC. Canada. *Perennis.*

PHARM. *Norlandicarum baccarum* Condita.

QVAL. acidula, fragrans. *Rarior, eximia.*

vis: humectans! refrigerans! cordialis! analeptica!

vsvs: Febres putridae, exanthematicae, Scorbutus!

175. R V B V S *Chamaemorus* foliis simplicibus lobatis, caule inermi unifloro. *Linn. Sp. pl.* 708. *Mat. med.* 359. *Gr. virg. ed. n.* 78.

LOC. Virginiae montes, ad ripas fluviorum.

Perennis.

PHARM. *Chamaemori* Condita.

QVAL. aquosa, inodora, esculenta.

Rarior, praestans.

vis. diluens, humectans, refrigerans.

vsvs: Haemoptysis, Phthisis, Scorbutus.

176. FRAGARIA *vesca*, flagellis reptans. *Linn. Sp. pl.* 709. *Mat. med.* 360. *Gr. virg.* 56. *ed. nov.* 78. *Cold. noveb.* — *Strawberries.*

LOC. Novae-Angliae—Virgin. sylvae. *Perennis.*

PHARM. *Fragariae* Herba. (Fructuum) Syrupus, ∇ , Acetum, \sqcup .

QVAL.

QVAL. aquosa, acida, fragrans. *Trita, praestans.*
 VIS: diluens, humectans, subrefrigerans, dia-
 phoretica, diuretica, eccoprotica.
 VSVS: Calculus, Febres, Podagra! Phthisis.

177. POTENTILLA fruticosa, foliis pinnatis,
 caule fruticoso. *Linn. Sp. pl.* 709. *Kalm.*
it. 2. *p.* 263. *Gr. virg. ed. n.* 79.

POTENTILLA *reptans* foliis quinatis, caule
 repente, pedunculis unifloris. *Linn. Sp. pl.*
 715. *Mat. med.* 362. *Gr. virg.* 163. *ed. n.* 79.

POTENTILLA *canadensis* foliis quinatis vil-
 losis, caule adscendente hirsuto. *Linn. Sp.*
pl. 713.

LOC. Canada — Virginia. — *Perennes, biennes.*

PHARM. *Pentaphylli* Radix, Herba.

QVAL. styptica.

VIS: vulneraria, adstringens.

VSVS: Dysenteria. Viscerum debilitas, Hae-
 morrhagia.

COMP. Gargarismata.

178. GEVM *virginianum*, floribus erectis, fructu
 globoso: aristis uncinatis nudis, foliis ter-
 natis. *Linn. Sp. pl.* 716. *Gr. virg.* 56. *ed.*
nov. 79.

LOC. Nova-Anglia — Virginia. *Biennis.*

PHARM. *Gei* Radix.

QVAL. styptica, inodora.

VIS: adstringens.

VSVS: Febres intermittentes.

179. CALYCANTHVS *floridus*, petalis interioribus longioribus. *Linn. Sp. pl.* 718. *Mill. dict. ic. t.* 60.—*Carolina Allspice.*

Frutex corni foliis. *Cat. Carol.* 1. p. 46. t. 46.
LOC. Carolina. *Frutex.*

PHARM. *Calycanthi Cortex.*

QVAL. aromatica ; Cinnamomi Odore et Sapore debiliore.





CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

180. *ACTAEA racemosa*, racemis longissimis, fructibus ficcis. *Linn. Sp. pl.* 722. *Amoen. acad.* 4. pag. 522. *Mat. med.* 367. *Gr. virg.* 59. *ed. n.* 79. *Cold. noveb.* 125. *Aët. Lond. Vol.* 20. *n.* 246. *pl.* 41.—*Squah-root. High-rattle-Snake-root.* — *Richweed. Black-Snake-root.*

LOC. Canada — Florida. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. *Actaeae* Radix, Essentia.

QVAL. tetra, foetida, subvenenata. Rad. Hba et Flor. *Cauta, heroica.*

VIS: pellens, sudorifera, anodyna, repellens, diuretica.

VSVS: Asthenia virginica. Rheumatismus, Rad. decoct. Vapor. Radic. huius, cum Sanguinariae, ana decoct. saturat. lbj. Equis exhibetur, scopo purgandi, vermes evacuandi, appetitum ciendi.

181. *ACTAEA spicata* racemo ovato, fructibus baccatis. *Linn. Sp. pl.* 722. *Mat. med.* 367. *Mill. dict. n.* 2. *Corn. Canad. t.* 77.

LOC. Canadae — Pennsylvaniae nemora.

QVAL. VIS: VSVS: praecedentis.

182. *SANGVINARIA canadensis*. *Linn. Sp. pl.* 723. *Amoen. acad.* 4. *p.* 515. *Gr. virg.* 57.

ed. nov. 80. *Cold. noveb.* 126. *Corn. canad.* 212.

— *Blood-root. Puccoon. Tumerick* nonnullis.

LOC. Canadae — Virginiae Nemora. *Biennis.*

PHARM. *Sanguinariae* Radix.

QVAL. Succus saturate aureus, acris corrodens.

Flavo tingit; Spirit. Vini Colore rubro grato inficit.

VIS: emetica, purgans.

VSVS: Rad. decoct. tenue Gonorrhoea: Morsura Serpentum; Morbi biliosi; — Succ.

Verrucae. Icterus, rad. pulv. ʒj. in Cerevisia.

183. *PODOPHYLLUM peltatum*, foliis peltatis palmatis. *Linn. Sp. pl.* 723. *Gr. virg.* 57. *ed. n.* 81. — *May-apple. Ipecacuanha*, in Carolina.

Anapodophyllon canadense. *Cat. Car.* 1. p. 24.

LOC. Canadae — Carolinae paludosa. *Perenne.*

PHARM. *Podophylli* Radix, Fructus.

QVAL. Fr. acido dulcis, edulis. (Columbae carolinae eo saginantur).

VIS: Rad. emetica.

VSVS:

184. *CHELIDONIVM majus* pedunculis umbellatis. *Linn. Sp. pl.* 723. *Mat. med.* 368. — *Celandine.*

LOC. Noveboraci rudrata.

PHARM. *Chelidonii* majoris Radix, Herba, Aqua.

QVAL. succus luteus, amarus, acris, deurens.

Rarior, praestans.

VIS: diuretica, diaphoretica.

VSVS: Icterus, Cachexia, Hydrops, Tabes, Oedema, Herpes, Pterygium.

185. CHE-

185. CHELIDONIVM *Glaucium* pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus sinuatis, caule glabro. *Linn. Sp. pl.* 724. *Gr. virg.* 57. ed. nov. 79. *Mill. dict. n.* 3. — *Horned Poppy. Bruise-root.*

LOC. Virginiae arenosa, maritima. *Annua.*

PHARM. *Glaucii* Radix, Folia.

QVAL. succus lateus, amarus, acris, foetidus.

VIS: venenosa, phantastica, stupefaciens. *Lowthorp. Transact. abridgd.* 2. p. 642.

VSVS: Contusiones, Vulnera, interne et externe, in Cornubia; Calculus, Folia contusa vino albo macerata, in Portugallia, *Tournefort.* Ulcera Equorum, Folia, in Gallo-Provincia; *Garidell.*

186. ARGEMON E *mexicana* capsulis quinquevalvibus, foliis spinosis. *Linn. Sp. pl.* 727. *Mill. dict. ic. t.* 50. — *Prickly Poppy.*

LOC. Mexico, Bahama; horti Americani. —

Annua, biennis.

PHARM. *Papaveris spinosi* Herba, Semina.

QVAL. Succus luteus inspissatus Gummi guttae similis, flavo tingens.

VIS: anodyna, hypnotica. Sem. drastica.

VSVS:

187. NYMPHAEA *alba* foliis cordatis integerimis, calyce quadrifido. *Linn. Sp. pl.* 729. *Mat. med.* 372. *Gron. virg. ed. n.* 81.

LOC. Americae stagna fluviiue. *Perennis.*

PHARM. *Nymphaeae albae* Radix, Flores, Conserva, Syrupus, ∇, ⊙.

QVAL. Fl. fragrans. Rad. acris, saponacea; subdulcis, adstringens.

F 4

VIS:

vis: Fl. refrigerans, anodyna, hypnotica. Rad. vesicatoria.

vsvs: Diarrhoea, Gonorrhoea, Febres.

188. NYMPHAEA *Nelumbo* foliis peltatis undique integris. *Linn. Sp. pl.* 730.

LOC. Pennsylvania.

Perennis.

PHARM. *Nelumbo* (*Fabae Aegyptiacae*) Flores, Semina, Radix.

QUAL. florum fragrantissima.

Radices coctae vel tostae, eduntur; Cynaras sapore referunt. *Rumph.* Semina immatura cruda Avellanas sapore aemulantur; matura autem Castaneas, et tunc antea vel coqui vel alio modo praeparari debent. Ex Seminibus immaturis decorticatis Chinenses una cum Saccharo et Aqua pulpam praeparant, refrigerantem, analepticam, convalescentibus utilem. Petioli quoque et folia juniora edulia sunt.

BIXA *Orleana.* *Linn. Sp. pl.* 730. *Mat. med.* 373

LOC. Mexico.

PHARM. *Orleana* Terra (faeculae).

QUAL. subamara, subaromatica, rubra.

vis: tinctoria, refrigerans, corroborans, stomachica.

vsvs: Haemorrhagia, Profluvia.

COMP. Chocolata, Bezetta.

MAMMEA *americana.* *Linn. Sp. pl.* 731.

LOC. Bahama, e Cuba allata.

Fructus gratissimus, saccharo conditus confortans. Seminum cortex et pulpa amarissima. *Iaca.*

189. TI-

189. *TILIA americana*, floribus nectario instructis. *Linn. Sp. pl.* 733. *Gr. virg.* 58. *ed. n.* 82. *Mill. dict. nr.* 4.

LOC. Canada — Virginia. *Arbor.*

PHARM. *Tiliae* Carbo, Cortex interior, Flores.

QVAL. flor. minus fragrantis quam Europaeae.

VIS:

VSVS: Carbonum pro pulv. scopetario.

Thea Bohea—laete crescit in hortis nonnullis Virginiae.

TRIGYNIA.

190. *ACONITVM Napellus* foliorum laciniis linearibus superne latioribus: linea exaratis. *Linn. Sp. pl.* 751. *Mat. med.* 381. *Gr. virg.* 165. *ed. n.* 82. *Mill. n.* 5. — *Wolfsbane.*

LOC. Virginiae humida. *Perennis.*

PHARM. *Napelli* Herba, Extract. gr. β ad j.

QVAL. substyptica, acris, nauseosa, toxica.

Heroica.

VIS: corrodens, vesicans, excorians, vomitoria, drastica, convulsiva, vertiginosa, sternutatoria, pellens, sudorifera.

VSVS: Febres intermittentes, Ischias, Arthritis, Rheumatismus, Scirrhus, Anchylosis.

191. *DELPHINIVM Staphisagria* nectariis diphyllis petalo brevioribus; foliis palmatis: lobis obtusis. *Linn. Sp. pl.* 750. *Mat. med.* 380. *Gron. virg. ed. n.* 82.

LOC. Virginia. *Biennis.*

PHARM. *Staphisagriae* Semina.

QVAL. amara, nauseosa. *Trita, praestans, externa.*

F 5

VIS:

vis: drastica, exanthematica, anthelminthica, phthiriaca.

vsvs: Pediculi, Acari subcutanei, Odontalgia.

PENTAGYNIA.

192. FIBRA aurea. Cold. Filiae.—Gold-threat.
LOC. Noveboraci humida.

Radix et folia amara. — Decoct. ad ulcera aphthosa.

POLYGYNIA

193. LIRIODENDRON *Tulipifera*. Linn. Sp. pl. 755. Amoen. acad. 4. p. 517. Gr. virg. 60. ed. n. 83. Cold. noveb. 130. Cat. Carol. 1. p. 48. t. 48. Kalm. it. 2. p. 322. — Poplar, White-wood, Canoe-wood tree, Knuttrae, Tuliptree. Tulipier, Bois-jaune. Tolpen-boom.
LOC. Nova-Anglia — Florida. Arbor.

PHARM. *Liriodendri* Radix, Cortex, Semina.

QVAL. Rad. flavescens, acriuscula, fragilis.

VIS: Rad. febrifuga; Cort. anthelminthica; Sem. aperientia.

vsvs: Cort. radicis spiritu vini infusus: Febres intermittentes, Rheumatismus, Arthritis.

Folia contusa indigenae fronti Cephalalgiae medendi causa imponunt — Vnguentum e gemmis ad Inflammationem et Gangraenam.

194. MA-

192. Rad. repens, aurea. Fol. radicalia ternata, subrotunda, crenata. Scapus uniflorus, quadripollicaris. Cal. 0. Cor. 6-petala, alba, extus rubescens. Nectaria 3-6. compressa pedicellata. Stam. plurima. Pist. 5. Styli solitarii inflexi. Stigmata bifida. Capsulae 5 pedicellatae. Sem. 8-10. — Ita Coldenia. Mihi planta ignota est.

194. *MAGNOLIA glauca*, foliis ovato oblongis, subtus glaucis. *Linn. Sp. pl.* 755. *Gr. virg.* 61. *ed. n.* 83. *Cat. Carol.* 1. *p.* 39. *t.* 39. *Kalm. it.* 2. 324. — *Sweet-flowering Bay*, *Beaver-tree*, *Swamp-Sassefras*.

LOC. Noveboracum — Florida. *Arbor.*

PHARM. *Magnoliae glaucae* Cortex, Semina, Carbones.

QVAL. amaro - aromatica.

VIS: subadstringens, tonica. antifebrilis. Sem. stomachica, pectoralis

VSVS: Decoct. Cort. Diarrhoea, Tussis, Phthisis, Febres, Haemorrhoids, Aestus febrilis, Dolores interni; — Decoct. ramor. junior. Catarrhus, Coryza. Semina: Tussis et alii morbi pectoris. Carbonum Unguent. cum Axungia porcin. Ulcera.

COMP. Sem. infusum spirituosum.

195. *MAGNOLIA acuminata*, foliis ovato - oblongis acuminatis. *Linn. Sp. pl.* 756. *Gr. virg.* 61. *ed. nov.* 83. *Kalm. it.* 2. *pag.* 424. *Cat. Carol.* 3. *p.* 15. *t.* 15. *Mill. dict. n.* 4.

LOC. Pennsylvaniae—Carolinae Montes. *Arbor.*

PHARM. *Magnoliae acuminatae* Cortex, Semina, Pericarpia.

QVAL. praecedent. — Fr. magis amaro - aromatica.

VIS: praeced.

VSVS: praeced.

196. *ILLICIVM floridanum* floribus rubris. *L. Syst. veg. p.* 422. *Ellis act. angl.* 1770. *Vol. LX. p.* 524. *t.* 12.

LOC.

LOC. Florida. *Arbor.*
 PHARM. *Anisi stellati (floridani)* Fructus, Essentia.

QVAL. fragrans.

VIS:

VSVS:

Flores odore debili; — fructus viribus debiliores, quam Illic. anisatum.

197. ANNONA *glabra?* — Folia oblongo-lanceolata, fructus ovatus glaber lutescens; Cortex glaber. — *Papaw.*

LOC. Pennsylvaniae pinguis humida. *Arbor.*

PHARM. *Annonae* fructus, Cortex?

QVAL. Cortex et Folia odore tetro, foetido, Daturae simili. Fructus esculenti, acidodulces, subgrati. Cortex fructuum sapore ingrato, terebinthinaceo.

VIS:

VSVS: Vinum e fructibus immaturis a nonnullis praeparatur, diaphanum, coloris fere expers, et ad Aphthas Infantum laudatum.

198. ANEMONE *Hepatica*, foliis trilobii integerrimis, *Linn. Sp. pl.* 758. *Mat. med.* 388. *Gr. virg.* 61. *ed. n.* 84. — *Noble Liverwort.*

LOC. Canadae — Virginiae nemora. *Perennis.*

PHARM. *Hepaticae nobilis* Herba, Flores.

QVAL. inodora, insipida.

Exoleta, praestans. Fl. superflua.

VIS: adstringens, tonica.

VSVS: Hypochondriasis, Hernia.

199. ANEMONE *virginica*, pedunculis alternis longissimis, fructibus cylindricis, seminibus hirsutis

197. Cum *Annona muricata* *Gron. virg.* 61. fructus non convenit.

hirsutis muticis. *Linn. Sp. pl.* 761. *Gr. virg.* 165. *ed. n.* 84.

LOC. Rhode-Island — Virginia. *Perennis.*

VSUS: Semina cum pappo villosa Spiritu Vini imbuta ad Odontalgiam. *Kalm. it.* 2. 279.

200. THALICTRUM *purpurascens?*—Meadow-Rue, a nonnullis Cerevisiae, quae ex Pino Balsamea conficitur (Spruce beer) additur. *Thalictrum* Cornuti — ad morsuras serpentum prodesse dicitur.

201. RANUNCULUS *abortivus*, foliis radicalibus cordatis crenatis, caulinis ternatis angulatis, caule subtrifloro. *Linn. Sp. pl.* 776. *Gr. virg.* 166. *ed. n.* 86.

LOC. Canadae — Virginiae palustria.

VSUS: Syphilis, una cum Lobeliae radice; diaphoretica dicitur.

202. RANUNCULUS *sceleratus*, foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis. *Linn. Sp. pl.* 776. *Gr. virg.* 63. *ed. nov.* 85.

LOC. Noveboraci — Virginiae palustria, humida nemorosa.

PHARM.

QUAL. Rad. urens, acerrima.

VIS: corrodens.

VSUS: Ulcera chronica.

203. HELLEBORUS *foetidus*, caule multifloro folioso, foliis pedatis. *Linn. Sp. pl.* 784. *Mat. med.* 394. *Gr. virg. ed.* 87.

LOC. Virginia.

PHARM.

PHARM. *Hellebori foetidi* Herba.

QVAL. acris, tetra.

LVIS: purgans, emetica, anthelminthica.

VSVS: Ad Lumbricos exstirpandos a nonnullis
satis audacter teneris infantibus exhibetur.
Pulvere foliorum puerorum pediculos ene-
cant Indigenae. *Clayt. n. 323.*

HELLEBORVS *viridis* scapo unifloro, foliis
ternatis. *Linn. Sp. pl. 784. Kalm. it. 3. p. 379.*

LOC. Canadae Pensylvan. sylvae nemorosae.

VSVS: Folia et caules colore flavo tingunt.
Radix et herba in Equorum morbis praestat.

CALTHA *palustris*. *Linn. Sp. pl. 784. Gr.*
virg. 166 ed. n. 87.

LOC. Canadae — Virginiae humida.

QVAL. acris. — Pecoribus intacta remanet.





CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMA.

204. TEVCRIVM *Chamaepitys*, foliis trifidis linearibus integerrimis, floribus sessilibus lateralibus solitariis, caule diffuso. *Linn. Sp. pl.* 787. *Mat. med.* 396. *Gr. virg.* 64. *ed. nov.* 87.

LOC. Virginia.

PHARM. *Chamaepityos* herba.

QVAL. resinoso - aromatica, amara.

Trita, praestans.

VIS : tonica, stomachica, resolvens, pellens, emmenagoga.

